

2089

LITURGICI.

2090

225. occurrit Missa *Pro victoria christianorum*, e cujus Orationibus liquet, eam *contra christiane fidei pestiferos turbatores, contra hereticam prauitatem et hereticorum potentiam* dirigi, quo nomine non nisi *Hussitas* eo aevo designari potuisse credam. Successu temporis ad Ecclesiam aliquam Ordinis *Franciscani* devolutum Codicem probant Festa ejus Ordinis serius *Calendario* adscripta; ad nos vero e *Neostadiensis* Episcopatus Bibliotheca peruenit.

DCCCLIII.

R. 3095 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 265. 4. per duas columnas bene scriptus, coloribus illustratus et deauratis initiorum Literis *Missale* est, et quidem ad Ecclesiam *Pataviensem* pertinens; nam in praevio *Calendario* VII. Id. Jan. *Valentinus Ep.* et III. Non. Aug. *Inuentio S. Stephani* minio signatur. Ante *Canonem* picta visitur Icon *Servatoris* tribus clavis cruci adfixi et latere dextro con-

*Vbique fines tuos pax possedit Austria Leopoldo te gubernante,
Que in melius reformabitur Innocentio ipsum sublimante.*

Atqui *Innocentius VIII.* illum an. 1485. aris imposuit.

DCCCLIV.

R. 2238 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 280. f. max. magnifice perscriptus, initiorum literis et marginibus florulentis auro, coloribusque speciosis, et rubricis

fossi adstante Matre et Discipulo. In *Te igitur* &c. supplicatur *pro Papa nostro, et Antistite nostro, et, quod singulare, rege nostro;* inter *Collectas* tamen fit Oratio pro *Imperatore et Romano Imperio*. In Adpendice habetur etiam *Collecta contra Turcos*, et praeter varias Missas partim recentius institutas, partim nunc antiquatas *Missa de XXIV. Senioribus*, cujus Orationem adscribo: *Deus, qui ineffabili pietatis providentia prestitisti, ut viginti quatuor seniores in conspectu maiestatis tuae fidelium offerrent supplicationes. Presta nobis miseris gratiam tuam: ut eorum precibus et meritis in cunctis necessitatibus nostris auxilium impetremus. Per dom. De hoc errore e perperam intellecto C. 4. Apocalypseos profecto, et Austriae Provincias pervagante dixi Vol. I. P. II. col. 2288. Codicis scripti Aetas adlucet e subjuncto Chori Officio de S. Leopoldo Austriae Marchione, cujus ultima Antiphona in Vesperis haec est:*

distinctus, quondam Bibliothecae Episcopatus Neostadiensis, praemisso Calendario, in quo praeter obscuriores quosdam ad diem 28. Aug. notatur: Hic obyt Teodoricus Episcopus Noue ciuitatis (ex Ord. Minor. adsumtus) hora fere undecima noctis anno 1530. ita inscribitur: Secundum consuetudinem chori iuuuuiensis ecclesie missarum
tem-